

M A G N I
B A S I L I I P O N C I I
L E G I O N E N S I S
A V G V S T I N I A N I,

Decretorum Doctoris, Salmanti-
censium Theologo Primario,
Academiae Cancellario.

PRÆLECTIO POSTVMA.

De Sacramento Confirmationis.

Ad Serenissimum Cardinalem Infantem.

O P V S

Theologis, Iuris utriusque Peritis
utilissimum.

Cum licentia, Salmanticae, Apud Typographiam Antoniae
Ramirez. Anno Christi 1630.



FERDINANDO

**Romanæ purpuræ sacrato Principi
Hispaniarum Ecclesiarum
Primate Serenissimo.**

CASTELLÆ INFANTI

**Austriaco semper Augusto. Virtu-
tis nitioris, doctrinæ sanctioris,**

Prudentiæ reconditioris,

Totiusquè humanitatis exemplari,

LUMINI PATRIÆ.

**Posthumum hunc partum
Emoriens.**

**In fidem legavit commendavit que
M. Basil. Poncius Legionens.**

**Soluit Magni Magistri, amici heu! vnici,
legatum.**

Fr. Franciscus de Valdes, discipulus.

Anno salutis cl. lxx xxx.

Calendis Martij.

REPETITA

PRAELECTIO

DE

SACRAMENTO

Confirmationis.

PRÆFATIO.



P N. A. Vobis damus quæ hoc bimestri de Sacramento confirmationis dictauimus; nam in Regis curia Academia iussu maiorem huius anni partem comorantibus, tam exiguum temporis spatium legere contigit. Damus autem, ut verusto mori Academiae nostræ inseruiamus, in qua celebres eorum,

qui primas in Theologia & iure cathedras obtinuerunt, repetitæ prælectiones extiterunt antiquis nostrisque temporibus. Argumentum sane hoc, quod hodierna luce versamus, non quidem longitudine, at grauitate rerum, difficultate questionum, multiplicique, & non vulgari eruditione cum alijs certans, immò & fortasse superans.

De hoc sacramento disputant authores Scholastici cum Magistro in 4. dist. 7. & cum D. Thoma; parte quæst. 72. & Summistæ, qui de sacramentis scripserunt, & etiam qui contra hæreticos controuersias ediderunt, quos suo loco adducemus infra. Secundum obtinet locum inter sacramenta nouæ legis, non quia sit alijs dignius, vel nobilius; sed quia generationis ordo id postulare videtur; renatus enim in fide

A

per